

Ego Iulius seruus seruorum dei. **D**ilectis filijs Salzebur-
Egensis et Patauiensis ecclesiarum prepositis Salutem et apostolicam benedictionem vobis qui-
 dem postquam pie memorie. Innocentius Papa octauus predecessor noster certum indultum vescendi lactici-
 nis videlicet Butiro lacte et caseo certis temporibus quibus illorum usus erat interdictus per bone me-
 morie Bartholomeum Episcopum Civitatis castelli tunc in partibus illis apostolice sedis nunc cum po-
 testate legati de latere incolis et habitatoribus prouincie Bavarie concessum / confirmauerat. Et sub certis
 modo et forma apostolica auctoritate extenderat et ampliauerat. Et etiam ad tollendum quedam dubia per
 suas certi tenoris litteras declarauerat Ratisponi. et Eysteten. ecclesiarum prepositis ac Officiali frisingen.
Executoribus deputatis felicis recordationis Alexander papa sextus etiam predecessor noster cum ipsis incole-
 et habitatores dubitarent effectu dictarum litterarum ex eo frustari. Quia ille infra tempus debitum dictis
 executoribus presentate non fuerant per quasdam suas litteras certi tenoris eisdem executoribus comisit et
 mandauit / quatinus ad executionem earundem litterarum Innocentii predecessoris procederent ac processus de-
 super oportunos decernerent ac alia ficerent prout in eiusdem Alexander predecessoris litteris pleni-
 us continetur. Cum autem sicut exhibita nobis nuper pro parte incolarum et habitatorum predictorum petitio cotinebat.
 Ipsi pro earundem litterarum executione / propter longam distantiam et itineris longinquitatem et alia impe-
 dimenta legitima sine magno dispendio ad dictos Executores comode non valeant accedere Pro parte
 eorundem incolarum et habitatorum nobis fuit humiliter supplicatus ut eis super his oportune prouidere paterna
 diligentia curaremus Quo circa discretiō vestre per apostolica scripta mandamus / quatinus si est ita / vos
 ad dictarum litterarum executionē in omnibus et per omnia illarum forma seruata procedatis. perinde ac si ille
 vobis directe fuissent / Datum Rome apud sanctum Petrum Anno incarnationis dominice Millesimo
 quingentesimo tertio kalendis Januarij. pontificatus nostri anno primo.

A. 1503.

Collationem et cunctarum est her p̄m copia p̄ me Gregorium Haymuller
 optima aucte publice notaria et concordat cum suo Originali

‘महाराजा अपनी एवं विद्युति की उत्तरी ओरी आवेदन के लिए इसका उपयोग करता है।